

## PREFACIO PASCUAL

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre: Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potissimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

*Communicantes y Hanc igitur propios, durante toda la octava.*

*Col. 3: 1, 2*

SI consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, allelúia: quæ sursum sunt sápite, allelúia.

CONCÉDE, quæsumus, omnípotens Deus: ut paschális percéptio sacraménti, contínua in nostris méntibus perseveret. Per Dominum.

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, te alabemos; pero con más gloria que nunca en este tiempo, en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quita los pecados del mundo y que muriendo, destruyo nuestra muerte y, resucitando reparó nuestra vida. Por eso con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

## COMUNIÓN

Si resucitasteis con Cristo, buscad las cosas del cielo, donde Cristo está sentado a la diestra de Dios, aleluya; gustarlo del cielo, aleluya.

## POSCOMUNIÓN

Te suplicamos, ¡Oh Dios omnipotente!, nos concedas que la recepción del sacramento pascual produzca en nuestras almas frutos permanentes. Por nuestro Señor.

## PROPRIO DE LA MISA MARTES DE PASCUA

*Ecclus. 15: 3, 4; Ps. 104: 1*

AQUA sapiéntiæ potávit eos, allelúia: firmábitur in illis et non flectétur, allelúia: et exaltábit eos in ætérnum, allelúia, allelúia. Ps. Confitémini Dómino et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. V̄. Glória Patri.

DEUS, qui Ecclésiám tuam novo semper fetu múltiplicas: concéde fámulis tuis; ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dominum.

*Act. 13: 16, 26-33*

IN diébus illis: Surgens Paulus et manu silentium índicens, ait: Viri fratres, filii generis Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, et príncipes ejus, ignorántes Jesum et voces Prophetárum, quæ per omne sábbatum legúntur, judicántes implevérunt: et nullam causam mortis inveniéntes in eo, petiérunt a Piláto, ut interficerent eum. Cumque consummássent ómnia, quæ de eo scripta erant, deponétes eum de ligno, posuérunt eum in monumento. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascénderant cum eo de Galilæa in Jerúsalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad

## INTROITO

El agua de la sabiduría les dio a beber, aleluya; permanecerá en ellos y no se apartara, aleluya; y les exaltara para siempre, aleluya, aleluya. Salmo. Alabad al Señor, e invocad su nombre; anunciad sus obras a los pueblos. V̄. Gloria al Padre.

## COLECTA

¡Oh Dios!, que aumentas de continuo tu iglesia con nuevos hijos, concede a tus siervos que conserven son santa vida el sacramento que por la fe recibieron. Por nuestro Señor.

## EPISTOLA

En aquellos días, levantándose Pablo y haciendo con la mano una señal pidiendo atención, dijo: Hermanos míos, hijos de Abrahán, a vosotros, y a cualquiera que entre vosotros teme a Dios, a quienes es enviado este anuncio de la salvación. Porque los habitantes de Jerusalén y sus jefes, desconociendo a este Señor, y las profecías que se leen todos los sábados, con haberle condenado las cumplieron, cuando no hallando en él ninguna causa de muerte, no obstante pidieron a Pilatos que le quitase la vida. Y después de haber ejecutado todas las cosas que de él estaban escritas, descolgándole de la cruz, le pusieron en el sepulcro. Mas Dios le resucitó de entre los muertos al tercer día; y se apareció

plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est: quóniam hanc Deus adimplévit filiis nostris, resuscitans Jesum Christum, Dóminum nostrum.

*Ps. 117: 24; 106: 2*

HÆC dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. *V̄*. Dicant nunc, qui redempti sunt a Dómino: quos redemit de manu inimici, et de regiónibus congregávit eos.

*Mat. 28: 2*

ALLELÚIA, allelúia. *V̄*. Surrexit Dóminus de sepúlcro, qui pro nobis pendit in ligno.

*Victima Paschali*

- VÍCTIME pascháli laudes ímmolent Christiáni.
2. Agnus redemit oves: Christus innocens Patri reconciliávit peccatóres.
  3. Mors et vita duéllo confluxére mirándo: dux vitæ mórtuus regnat vivus.
  4. Dic nobis, María, quid vidísti in via?
  5. Sepúlcrum Christi vivéntis et glóriam vidí resurgéntis.
  6. Angélicos testes, sudárium et vestes.
  7. Surrexit Christus, spes mea: præcedet vos in Galilæam.
  8. Scimus Christum surrexisse a mórtuis vere: tu nobis, victor Rex, miserere. Amen. Allelúia.

durante muchos días a aquellos que con él habían venido de Galilea a Jerusalén, los cuales hasta el día de hoy están dando testimonio de él al pueblo. Nosotros, pues, os anunciamos el cumplimiento de la promesa hecha a nuestros padres, el efecto de la cual nos ha hecho Dios ver a nosotros sus hijos, resucitando a Jesús.

GRADUAL

Este es el día que ha hecho el Señor. Alegrémonos y gocémonos en él. *V̄*. Díganlo aquellos que fueron redimidos por el Señor, a los cuales rescató del poder del enemigo, y a los que ha recogido de todas las regiones.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V̄*. Resucitó del sepulcro el Señor, que por nosotros estuvo pendiente del madero.

SECUENCIA

- Ofrezcan los cristianos sacrificios de alabanza a la Víctima de la Pascua.
- El Cordero ha redimido a las ovejas: Cristo inocente, ha reconciliado a los pecadores con el Padre.
- La muerte y la vida contendieron en duelo asombroso: el dueño de la vida muerto, reina vivo.
- Dinos, tú ¡oh María! ¿Qué has visto en el camino?
- Yo he visto el sepulcro de Cristo que vive, y la gloria del que ha resucitado.
- He visto los angélicos testigos, el sudario y la mortaja.
- Cristo, mi esperanza, ha resucitado: os precederá a Galilea.
- Sabemos que Cristo verdaderamente ha resucitado de entre los muertos: oh tú, Rey vencedor, apiádate de nosotros. Amen. Aleluya.

*Luc. 24: 36-47*

IN illo tēpore: Stetit Jesus in medio discipulorum suorum et dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbáti vero et contérriti, existimábant se spíritum videre. Et dixit eis: Quid turbáti estis, et cogitationes ascéndunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum: palpáte et videte: quia spíritus carnem et ossa non habet, sicut me vidétis habere. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credéntibus et mirántibus præ gáudio, dixit: Habétis hic aliquid, quod manducétur? At illi obtulérunt ei partem piscis assi et favum mellis. Et cum manducásset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locútus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quóniam necesse est impléri ómnia, quæ scripta sunt in lege Móysi et Prophétis et Psalmis de me. Tunc apéruit illis sensum, ut intellégerent Scripturas. Et dixit eis: Quóniam sic scriptum est, et sic oportébat Christum pati, et resúrgere a mórtuis tertia die: et prædicári in nómine ejus poeniténtiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes.

*Ps. 17: 14, 16*

INTÓNUIT de coelo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum, allelúia.

SÚSCIPE, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiarum: ut, per hæc piæ devotiónis officia, ad coeléstem glóriam transeámus. Per Dóminum.

EVANGELIO

Mientras estaban hablando de estas cosas, se presentó Jesús en medio de ellos, y les dijo: La paz sea con vosotros: Soy yo, no temáis. Ellos, atónitos, y atemorizados, se imaginaban ver a algún espíritu. Y Jesús les dijo: ¿De qué os asustáis y por qué dais lugar en vuestro corazón a tales pensamientos? Mirad mis manos y mis pies, yo mismo soy, palpad, y considerad que un espíritu no tiene carne, ni huesos, como vosotros veis que yo tengo. Dicho esto, les mostró las manos y los pies. Mas como ellos aún no lo acabasen de creer, estando como estaban fuera de sí de gozo y de admiración, les dijo: ¿Tenéis aquí algo de comer? Ellos le presentaron un pedazo de pez asado y un panal de miel. Comido que hubo delante de ellos, tomando las sobras se las dio. Les dijo en seguida: Ved ahí lo que os decía, cuando estaba aún con vosotros, que era necesario que se cumpliera todo cuanto está escrito de mí en la ley de Moisés, y en los profetas, y en los salmos. Entonces les abrió el entendimiento para que entendiesen las Escrituras. Y les dijo: Así estaba ya escrito, y así era necesario que el Cristo padeciese, y que resucitase de entre los muertos al tercer día, y que en nombre suyo se predicase la penitencia y el perdón de los pecados a todas las naciones.

OFERTORIO

Tronó el Señor desde el cielo, y el altísimo dejó oír su voz; y aparecieron las fuentes de las aguas, aleluya.

SECRETA

Recibe, Señor, las preces de los fieles con las oblações de las hostias: para que, por estos obsequios de piadosa devoción, lleguemos a la gloria celestial. Por nuestro Señor.